



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **M. Fabii Quintiliani Institutionum Oratoriarum Libri Duodecim**

Summa diligentia ad fidem vetustissimorum codicum recogniti ac restituti

M. Fab. Quintiliani Declamationes Undeviginti. M. Fabii Avi Et Calpurnii  
Flacci Declamationes. Auctoris Incerti Dialogus De causis corruptae  
Eloquentiae - Cvm Variorum Notis

**Quintilianus, Marcus Fabius**

**Lugd. Batav. ; Roterodami, 1665**

Calpurnii Flacci Excerptae X. Rhetorum Minorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12889**

CALPURNII FLACCI  
EXCERPTÆ X. RHE-  
TORUM MINORUM.

C U M  
PITHOEI & GRONOVII  
N O T I S.



CELESTINE FACCI  
DIOBATA X. R. I. S.  
TOMUM MINORUM  
P. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100. 101. 102. 103. 104. 105. 106. 107. 108. 109. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.



INCIPIUNT EX CALPUR-  
NIO FLACCO

EXCERPTÆ X. RHETORVM  
MINORVM.

## I.

*Uxor tyrannicida.*

QUINQUE CUM TYRANNO PROXIMÆ FAMILIÆ PUN-  
NIANTUR. Quæ habebat duos filios, & tyrannum virum, tyran-  
nicidium fecit. præmio impunitatem liberis postulavit, meruit. Ex  
his alter occupavit arcem, eum mater occidit. Petit alteri impuni-  
tatem: contradicatur.

## CONTRA MATREM.

**O**ccidam, inquit. Quanta nobis patienda sunt,  
dum occidere tyrannum foemina possit, & ma-  
ter velit! non possum filii mei mortem videre.  
Hoc est ergo, quare illum velimus occidere.

## PARS ALTERA.

Petit præmium, non quod accipiat, sed quod accepit.

## II.

*Natus Æthiops.*

Matrona Æthiopem peperit: arguitur adulterii.

## CONTRA MATRONAM.

**E**xpers iudicii est amor: non rationem habet, non sani-  
tatem: alioquin omnes quidem amaremus. Nonnun-  
quam incredibiliter peccare, ratio peccandi est. Non sem-  
per, inquit, similes parentibus liberi nascuntur. Quid  
tibi

**I** CALPURNII FLACCI.] Ætas huius *rescripsit, ne quod præiudicium fieret nato.*  
viri, ut opinor, haud vulgaris co- *Forte & l. 8. π. 2. D. de Manumiss. Di-*  
gnosci potest ex l. 8. D. de ventre in poss. *vus quoque Pius Calpurnio rescripsit. Pom-*  
mittendo. *Si ventris nomine mulier missa*  
*stet in possessionem, D. Hadrianus Calpurnio* *ber. Servus legatus erat Calpurnio Flacco,*  
*Flacco differendam accusationem adulterii* *isque rogatus erat eum manumistere. Gron-*



tibi cum isto patrocínio est, nisi ut appareat te peccasse securius? Miramur hanc legem esse naturæ, ut in sobolem transeant formæ, <sup>1</sup> quas quasi descriptas species custodiunt? Sua cuique genti etiam facies manet. Rutili sunt Germaniæ vultus, & flava proceritas <sup>2</sup> Hispaniæ: non eodem omnes colore tinguntur. Ex altera parte, qua convexus & deficiens mundus vicinum mittit orientem, <sup>3</sup> illic effusiora corpora, illic collectiora nascuntur: diversa sunt mortaliū genera: nemo tamen est suo generi dissimilis. Quid ergo? inquit, amavit Æthiopem. Est interdum, iudices, malarum quoque rerum sua gratia: <sup>4</sup> est quædam formarum voluptas. Miraris si aliquis non sapienter amat, cum incipere amare non sit sapientis? da mihi sanos mulieris oculos: <sup>5</sup> nemo adulter <sup>6</sup> formosus est. Perituræ pudicitiae minima est in eo sollicitudo, quemadmodum pereat. Proprium est profanæ libidinis nescire, <sup>7</sup> quo cadat. Ubi semel pudor corrui, nulla inclinatis in vitium animis ruina deformis est. Is demum libidini placuit, in quem non posset mariti cadere suspicio.

## P A R S A L T E R A.

Ita non majus est argumentum pudicitiae, quod parere voluit, quam impudicitiae, quod infeliciter peperit? Vides partum læsis fortasse visceribus excussum. Multum fortunæ etiam intra uterum licet: vides sanguinis vitio perustam cutem, colorem putas: istud fortasse infantis injuria

<sup>1</sup> *Quas quasi.*] Vetusius exemplar, *quas quasi descriptas.* Pithœus. *Quas quasi descriptas species.*] Lege, *quas quasi descripti in species custodiunt.* Gron.

<sup>2</sup> *Hispaniæ.*] Alterum exemp. *Hesperiæ.* Pith.

<sup>3</sup> *Illic eff.*] Al. *Illic offusciora corpora, illic coloratiora,* male. *Idem.*

<sup>4</sup> *Est quædam formarum voluptas.*] Forte: *Est quædam infamiæ voluptas. vel deformium.* Gron.

<sup>5</sup> *Nemo adulter formosus est.*] Particulam negandi inserit Pithœus. Non in-

pte, si de perdita & projectæ libidinis fœmina hoc efferretur. Sed non separandum hoc membrum à præcedenti: *Da mihi sanos mulieris oculos: nemo adulter formosus est.* Hoc est: Uxori bonæ mentis nec Nireus nec Parthenopæus placebunt: infra pudicitiam erit forma. Sic in contrarium nec mœcha formas distinguit, dum satiet libidinem. *Idem.*  
<sup>6</sup> *Formosus.*] Fortasse melius, *non formosus.* Pithœus.

<sup>7</sup> *Quo cadat ubi semel pudor corrui.* *Nulla.* *Idem.*



juria est. Hoc ipsum, quod ita infuscatam cutem livor infecit, dies longus extenuat. Nivea plerunque membra sole fuscantur, & corpori pallor excedit: quamvis naturaliter fuscus artus umbra cogit albescere. Tantum tempori licet: quantum putas licere naturæ?

## III.

*Miles Marianus.*

Miles Marii adolescens propinquum Marii tribunum vim sibi inferentem peremit. Reus est cædis C D.

## PRO MILITE.

**P**ropinquus, inquit, imperatoris occisus est: maeste virtute adolescens, & Marium vindicasti. Ubicunque periclitatur pudicitia, suam legem habet. Quid agis tribune? tibi nondum vir est, <sup>1</sup> qui Mario miles est? Non longe ab eo est miles, ut promittat stuprum, qui rogatus tantummodo negat. Crede, imperator, male de te judicasset miles tuus, si tribuno pepercisset. Hanc vim Virginius parricidio fugit: propter hanc Lucretia pectus suum ferro fodit. Pudet me imperator. Fœminæ exemplis militem tueor. Stuprum minatus est militi tuo? minus est, quod nobis Cimbri minantur.

## PARS ALTERA.

Miles tuus, imperator, jam aliquid impudici habet, quod ad impudicitiam placet. Tu gladium commilitonis tui cruore tinxisti, quem satis fuit <sup>2</sup> minari.

## IV.

*Parricida carcerem petens.*

DAMNATUS PARRICIDII ANNO CUSTODIATUR. Qui sub noverca damnatus est, vult illum pater domi custodire: ille petit, ut publico carcere fervetur.

## PRO PARRICIDA.

**J**ubete quamprimum ad illas me impiorum tenebras trahi: liceat impetrare, quod non licet <sup>3</sup> recusare. Ego me unquam

<sup>1</sup> Qui Mario miles est.] Al. qui Mario jam miles est. Idem.

<sup>2</sup> Minari.] Vet. mirari. Idem.

<sup>3</sup> Recusare.] Vet. excusare. Idem.



unquam crederem tam infelicem, ut mihi aliquis etiam carcerem invidet? Parum est tibi in cruciatus meos annus & carcer, & veteris, ne quem gemitum <sup>1</sup> miseri aures tuæ perdant? ne non singulis tormentis meis paterni oculi fruantur? ne, laxata vincula, desit, qui adstringat? Non potes adversus damnatum jure patris uti: jam <sup>2</sup> non larem habeo, non servum, non patrem; ac ne damnatum esse pœniteat, non novercam. Video carcerem publicum, saxi ingentibus structum, angustis foraminibus tenuem lucis umbram recipientem. In hunc coniecti, robur Tullianumque prospiciunt: & quoties jacentes ferrati postis stridor excitat, exanimantur. & <sup>3</sup> alienum supplicium expectando suum discunt. Sonant verbera, cibus recusantibus spurca manu carnificis ingeritur. Sedet janitor inexorabili pectore, qui matre flente siccos teneat oculos. Illuvies corpus exasperat; manum catenæ premunt. Quid est quod me lex anno reservat? nescio quid adhuc <sup>4</sup> cogitat. Nimirum de parricidio, etiam cum creditur, non liquet? Æstimate, judices, quid fugiam, qui hoc postulo? Quid hoc est, judices, à patre parricida non timeor? dicam, sævite, cum <sup>5</sup> rogem: dicam, miseremini, cum carcerem rogem.

## P A R S A L T E R A.

Egone secretum isti conscientiæ dabo? & ibi te patiar includi, ubi non erubescas? Dignus es, parricida, dignus es videre patrem, si tam grave putas, ut vel carcerem malis. Debeo, judices, debeo tandem agere mitius pater, si tam graviter sibi damnatus irascitur? Mirabar, si quis tantum sceleris auderet, qui contemnere carcerem posset. fugit, odit, avertitur, & limen patris execratur. Ignoras profecto

<sup>1</sup> Miseri. ] Al. miseria nostræ aur. Idem ] jacentis. Gron.  
<sup>2</sup> Non larem habeo, non servum. ] Dixi in Observationibus legendum videri, non sacrum. Sive inavis sacra, ut frequentius loquantur. Sed & bene sacrum. Senneca in Troad. & quondam sacrum Regni ]  
<sup>3</sup> Alienum supplicium expectando. ] Lege, spectando. Idem.  
<sup>4</sup> Cogitat nimirum de parricidio etiam cum c. n. L. Pithœus.  
<sup>5</sup> Rogem? Idem.



profecto sortem tuam, si putas aliud iudices debere respicere, quam quod nolis. <sup>1</sup>Hanc crucem patere, si gravis est: hunc diem, si odisti, vide. Nihil illi adversus patrem <sup>2</sup>liceret, etsi parricida non esset.

V.

*Leno.*

Juvenes frequenter ad lupanar veniebant; cum his leno frequenter denuntiasset, ne accederent, foveam fecit, & complevit ignibus. adolescentes cum venissent, exusti sunt. accusatur à parentibus eorum leno læsæ reip.

## CONTRA LENONEM.

**D**enuntiavi, inquit. dii boni! <sup>3</sup> quantum ausus est, quod ne post denuntiationem quidem creditum est. Fuit in illis summa pietas; placuere parentibus: summa frugalitas; displicuere lenoni. Tu te jure audes defendere? nihil ei licet, in quem nihil non licet. Denuntiavi, inquit. novimus lenonum venales minas. Injuriam, inquit, faciebant mancipiis meis. Quid enim aliud in his, quam injuriam vendis?

## PARS ALTERA.

Ubi, quid futurum est denuntiatum, culpa <sup>4</sup> patientis est.

VI.

*Decreto de reditu occisus.*

Adolescens dives nobilis, hospitatus apud exulem. exul scripsit Senatus velle se indicare de affectata tyrannide. Senatus revocandum censuit, hoc divite contradicente, dum revertitur exul, occisus est. accusatur dives affectatæ tyrannidis.

## CONTRA DIVITEM.

**I**ntercepisse te putas indicium: ipse fecisti. Secundum sententiam divitis, pauper non est reversus: dicturum se de

<sup>1</sup> *Hanc crucem.*] Forte: *Hanc lucem.* Gron.

<sup>2</sup> *Licet*, si p. n. e. Pith.

<sup>3</sup> *Quantum ausus est.*] Lege: *Quanti*

*ausus est.* Hoc est, quantum ausos dicis, qui tuæ scilicet denuntiationi non crederunt. Gron.

<sup>4</sup> *Patientis.*] Vet. *parentis.* Pith.



se de tyrannide pollicetur, quid, vis, <sup>1</sup> suspicemur? tu nihil nuntias, <sup>2</sup> sed inde venisti: venerunt epistolæ consecutæ. Sed cur de publico statu mandare hospiti noluit? Putatis illum contradixisse? Confessus est. Sceleratis ingeniis, & plusquam civilia cupientibus, non dominari instar servitutis est. Jampridem te <sup>3</sup>arci nostræ tua fortuna minatur: supra civilem hanc <sup>4</sup> æquationem divitiæ te elevarunt: non sine exemplo timemus. In Manlio quondam potuisse, damnatum est.

## P A R S A L T E R A.

Non intelligo, quemadmodum <sup>5</sup> infamet mors sententiam meam. Ego si auditus essem, ille non esset occisus. Inquieta res est homo, cui jam in deterius nihil superest. <sup>6</sup> Egerat mecum illic multa de iudicibus, de ignominia sua. Prodam necesse est affectus hospitis mei: hoc tyranni videbatur.

## V I I.

*Dives imperator.*

Pauper & dives inimici. pauperi duo filii. dives imperator creatus. Rumor ortus est prodi rempublicam à pauperis filiis. utrunque torquens pernegantem necavit, corpora eorum extra vallum projici jussit, quæ hostes sepelierunt, & recesserunt. Pauper accusat divitem cædis.

## C O N T R A D I V I T E M.

**N**Unquam, iudices, contra istum tutior veni. quicquid auferri potuit, amisi. Soli omnium torti sunt, donec mentirentur. Ita laniatos miseros, ita confusis lineamentis projici jussit, ut jam nec pater posset agnoscere. Miramini, si ab hostibus sepulti sunt? nullos sic ab isto esse tortos, <sup>7</sup> nisi captivos putarent. Proditores putas, quos  
tam

<sup>1</sup> *Suspiciemur.*] Vet. *pollicemur.* Idem.  
<sup>2</sup> *Sed inde venisti: venerunt epistolæ.*] Scribe: Tu nihil nuntias: sed, unde venisti, venerunt epistolæ te consecutæ. Gronovius.

<sup>3</sup> *Arci nostræ.*] Vet. *archonta.* Pith.

<sup>4</sup> *Æquationem.*] Al. *peræquationem.* Idem.

<sup>5</sup> *Infamet mors.*] Al. *infament ista.* Id.

<sup>6</sup> *Egerat mecum illic multa.*] Lege, ille. Gron.

<sup>7</sup> *Nisi captivos putarent.*] Scribe: Nullos sic ab isto esse tortos, nisi captivos, putarunt. Nempe hostes. Reddit rationem quare ab illis sepulti sint. nempe suos putarunt. Idem.



tam misere, tamque crudeliter punitos hostis non vindicavit. Pauperes, inquis, erant: & ideo potuere corrumpi. Age, quis nescit illos ideo perisse, quod divitias nimis oderant? <sup>1</sup> Super ignem corpus extenditur, & irato imperatori tortor non sufficit: <sup>2</sup> uritur, & flagella ignibus adjuvantur. Quæritis exitum? <sup>3</sup> pernegavit: tortor, inimicus tamen, quod quærebat, invenit nos proditores: qui pro te, patria, etiam sub isto militavimus.

## P A R S A L T E R A.

Negas potuisse corrumpi? pauperes fuerunt. negas voluisse prodere? inimici. Non possum tibi prodicionis argumentum adferre præsentius. Quamdiu vixere, pugnatum est. cum mihi civitas mandaret imperium, quo malo laboraret, intellexit. Imperatorem me fecit inimicus.

## V I I I.

*Demens ter triumphalis.*

Ter triumphalis, ter consularis, cum haberet liberos, æque ter triumphales, ter consulares, suspendit se. liberatus à liberis, ab iisdem reus fit dementiæ.

## P R O P A T R E.

**O**Mnium calamitatum materia est homo diu felix. Nesciunt stare successus, & <sup>4</sup> quotiens prodire felicitas non potest, redit. Mori volo, <sup>5</sup> quid me jam fortuna custodit.

## P A R S A L T E R A.

Ter consulatum gessisti, ter triumphasti, licet jam velit fortuna mutari, in illius potestate non est, fuisse. Quis timeret fortunam, nisi prodesset?

## I X.

<sup>1</sup> Super ignem corpus extenditur.] Mallem, Super equuleum. Idem.

<sup>2</sup> Uritur & flagella ignibus adjuvantur.] Forte: Urit, & flagella ignibus adjuvat. Idem.

<sup>3</sup> Pernegavit.] Fort. leg. pernegarunt torti. Pith. Pernegavit tortor inimicus.] Scribe: pernegavimus: tortor inimicus tamen, quod quærebat, invenit nos proditores.

Nam in persona mortuorum loquitur. Gronovius.

<sup>4</sup> Quoties prodire felicitas non potest, redit.] Forte: recedit. Vellejus lib. 1. Difficilis in perfecto mora est, naturaliterque quod procedere non potest, recedit. Gron.

<sup>5</sup> Quid me.] Fort. Cui me, vel quo me f. custodis? Pith.



*Pater excæcatus.*

Cum luxurioso filio, pater abdita matre secessit in secretum, excæcatus rediit. petit à filio talionem. mater se fecisse dicit.

## CONTRA FILIUM.

**I**Nvenit, iudices, pessimus adolescens, <sup>1</sup> quando utrumque excæcaret parentem. quid te secreto fecisse credamus? matrem in foro excæcas. Non vis pro matre verum dicere, cum illa pro te mentiatur? In tantum juvenis processit amentia, ut propter illum pater perderet oculos, mater odisset. Tu me, mulier, excæcare potuisti, quæ nec parricidam potes? ut innocens sis, dum excæcaretur pater, <sup>2</sup> expectasti. Non feci, inquit, <sup>3</sup> non crederem, si confitereris. Talis es, adolescens, <sup>4</sup> ut excæcare nolueris patrem, aut te excæcare velit pater. Quam sceleratus es! plus te pater odit <sup>5</sup> quam eum, à quo excæcatus est. Tantum ausus est integro patre: quid facturus est inter duos cæcos? Quam miser est pater, cui verum dicendum est! quam misera mater, cui mentiendum? non eruit oculos, quisquis laborat, ut hoc fecerit. <sup>6</sup> Cujus crimen est excæcare? excæcasse patrem! patronum! excæcare matrem! qui fieri potuit, ut mala fuerit uxor, quæ tam bona mater est? Ego feci. Non sceleris, sed matris ista confessio est.

## PARS ALTERA.

Si neganti, iudices, non vultis, quod proximum est; credite confitenti: sed si difficile est fateri etiam cum feceris, damni paulum. \*

## X. Pater

- <sup>1</sup> Quando.] Lego quomodo. Idem.  
<sup>2</sup> Expectasti.] Fort. spectasti. N. Idem.  
<sup>3</sup> Non crederem si confitereris.] Tolle negandi particulam. Crederem te non fecisse si confitereris, & ideo confiteri, ut matri parcat. Gronovius.  
<sup>4</sup> Ut excæcare volueris patrem.] Immo, ut aut excæcare volueris matrem, ut. Idem.  
<sup>5</sup> Quam eum, à quo excæcatus est.]

Lege, quam eam, à qua. Ironia est: & loquitur ex sententia adversariorum. Idem.

<sup>6</sup> Cujus crimen est excæcare? excæcasse patrem.] Scribe: Ejus crimen est excæcasse patrem, cujus patronam excæcare matrem. Eum credite patri oculos eruisse, qui potest pati, ut loco ipsius excæcetur mater, dum sceleri filii patrocinetur. Idem.



## X.

*Pater receptis oculis.*

Cui erant tres filii, amissis duobus, flendo oculos perdidit, somniavit se recepturum oculos, si tertius filius perisset. Somnium indicavit uxori, illa filio prodidit, suspendit se adolescens. Pater recepit oculos. Repudiat uxorem, agit illa injusti repudii.

## PRO MARITO.

**A**Nte omnia hoc ad vos meæ defero infelicitatis, quod videre cœpi. <sup>1</sup> Si spectatores oculi tertiæ redeunt orbitatis, qui calamitatibus cesserant, parricidio reverterunt. Mirabar profecto, quod in utriusque orbitate solus pater oculos perdidisset. Jussus sum videre, postquam orbitas tertia spectatorem non habebat. Nunquid discutiunt recti necessitatem, qui aliquid amore fecerunt? Cessate parumper, exhausti fletus: differ aliquantum, faucium lumen: decet esse oculos duriores, qui scelere reverterunt. Nulum in tali calamitate ab uxore solatium. <sup>2</sup> Miserationem meam tum habuit. post cœpi monere de filio, & horret referre animus, quod pœnitet indicasse: nec remedia quærenda sunt, <sup>3</sup> ubi major <sup>4</sup> supplicii sanatio. Gratulandum patri est, quod non filius somniavit. debet hoc sola mater audire, vel ut filio caveat, vel ne mariti doleat cæcitatem. Arcesso conjugem. Jam, inquam, cæcus esse cupio. Etiam nunc apud me latet, quod sola tu nosti. Subito aspectu somnii in metum veni, & fateor, de filio, quod est, timui, sed de matre non credidi. Nullum impatientius malum, quam invidia cum calamitate, qui, ut scelerate viderem, non recepi oculos, sed perdidit cæcitatem. Vidi miser primum, quod ultimum videram, pendeat <sup>5</sup> extinctus, & contentus laqueus adolescentis colla tenuabat. Proh nefas! hæc  
in filium

<sup>1</sup> Si spectat.] Fort. Sic ff. Pithœus.  
Si spectatores oculi.] Dele prorsus rō si  
Integra sententia est: Spectatores oculi  
tertiæ redeunt orbitatis: qui calamitatibus  
cesserant, parricidio reverterunt. Gronov.

<sup>2</sup> Miserationem meam.] Mei. Pith.

<sup>3</sup> Ubi major supplicii sanatio.] Velim  
majoris. Gronovius.

<sup>4</sup> Supplicii sanatio.] Fort. supplicis.  
Pithœus.

<sup>5</sup> Extinctum.] Forte, extinctus, vel  
ex tigno. Idem.



in filium cum oculis meis venerant. O quam putasti, nec maritum posse sanari! jam tempus est fletus. immo jam tempus est cæcitatibus.

## X I.

*Damnati adoptivi.*

Pauper & dives inimici: pauperi tres filii: quodam tempore visi sunt amici. Petit dives à paupere filios in adoptionem, & accepit: unus in adulterio deprehensus est, & occisus, alius affectatæ tyrannidis reus factus est, & damnatus, tertium pauper repetit: dives contradicit.

## P R O P A U P E R E.

<sup>1</sup> Nihil tam præter luctus meos gravius, quam quod, ubi odia nihil fecere, videatur amicitia plus nocere. quidquid esse potuit in paupere, totum dives accepit. Qui si bonum animum in adolescentes meos tenuit, filios ambo perdidimus. Novum audaciæ genus, tyrannidem affectat pauperis filius. Utinam sic filium perdidissem, ut queri de fortuna liceret. Dolere integre non potest, <sup>2</sup> qui urgetur irasci. Scio quales habuerim. & inimico & diviti placere potuerunt. <sup>3</sup> divitiæ <sup>4</sup> inconstantium animorum. In summa perniciis, vel velle ad me redire, vel nolle. Si vult, non delectat, qui tenetur invitus. Si non vult, jam timeo, quod divitias amare cœpit. Permissæ licentiæ magna securitas est potestas cum moderatione. Recordare, quantis meis redemerim malis, <sup>5</sup> ne adhuc redimerentur inimici.

## X II. Vene-

<sup>1</sup> Nihil tam.] Lego, jam. Pith.  
<sup>2</sup> Qui urgetur irasci.] Forte: Dolere integre non potest, qui cogitur irasci. Gronovius.  
<sup>3</sup> Divitiæ inconstantium animorum.] Intellige, sunt. Divites lasciviunt & facile variant animos. Deinde scribo: Instat filio perniciis, vel velit ad me redire vel nolit. Nisi retinendum, In summa, perniciis: quoniam fragmenta hæc sunt: & potest in omissis proximis verbum

fuisse positum, quod commode hic subaudiatur. Idem.

<sup>4</sup> Inconstantium.] Vet. inconstantie, locus emendatione indiget: fortasse hac, Divitiæ inconstantiam animorum summa perniciis, vel velit ad m. r. vel nolit. Pith.

<sup>5</sup> Ne adhuc redimerentur inimici.] Legge: ne adhuc videmur inimici. ut crederent homines nos in gratiam rediisse. Tacite significat, dubium an bona fide. Gronovius.



## XII.

*Veneficii rea.*

VENEFCII REA TORQUEATUR, DONEC CONSCIOS INDICET. Amiffa uxore, ex qua habebat filium, duxit alteram: & de ea fufcepit filiam: adoleverunt ambo infantes: repente ambiguis fignis perit adolefcens. Pater uxorem accusavit & damnavit: cum torqueretur, filiam fibi confciam dixit. Petitur puella ex lege ad pœnam, adefl ei pater.

## PRO FILIA.

**N**OVERCA filios nostros aut infimulatione perfequitur, aut veneno, quæ scelus fuum, & in domo veneficæ, & in fuppliciis docuit parricidæ. Adoleverunt ambo, fed minor filia, & præter fexum multo fratre fimplicior. <sup>1</sup> In uno utriufque mentem videris. Cum periit adolefcens, & patri venenum datum eft & forori. <sup>2</sup> O noverca! eft alta crudelitas: amaffet, & confciam putaremus? Proh nefas! confcia dicitur, cui frater perit? Cur poftquam adolevit puella, eft interemptus adolefcens? Tamdiu ergo fuit quietâ novercæ crudelitas, quamdiu ætas illius ad perfuafionem confcientiæ pervenerit. Modum non habet iracundia mentiendi.

## XIII.

*Medicus tyrannicida.*

TYRANNICIDÆ PRÆMIUM. Tyrannus fufpicatus fibi venenum datum ab eo medico, quem in arce habebat, torfit eum. ille pernegavit. Mifit ad medicum civitatis. dixit datum illi ab illo venenum, fed fe remedium daturum: dedit poculum, quo exhausto ftatim periit tyrannus: contendunt de præmio.

## PRO MEDICO ARCIS.

**A**BSIT, fanctiffimi iudices, ut hanc vos fidem tyrannicidii detrahatis, quam & medicus confirmaverit & tyrannus. Confringunt nocendi voluntatem, poftquam fanandi remedium perdiderunt. Pœnas meas hinc cogitate, in quibus

<sup>1</sup> In uno utriufque mentem.] Puto, In una. puella fcilicet. Idem.

<sup>2</sup> O novercæ eft.] Malim, O novercæ alta crudelitas! amaffet & confciam pute-

mus. Pith. O novercæ! eft alta.] Forte: Cujus novercæ eft tanta crudelitas? vel O novercæ crudelitas. Gronovius.



in quibus nec ira, nec natura cessavit. Tolerabilis vis est, ubi ad consuetudinem mali, causa necessitatis emergit. Præmium <sup>1</sup> consequitur, qui ausus est & confirmare meum venenum, & suum remedium polliceri. Ultio quidem illa, non quæstio. Tyrannus <sup>2</sup> venenum quæsit? sed vindicavit. <sup>3</sup> O quam facile gerunt persuasiones, inlecebramque in contrarium transferunt. Ut virus serpebat interius, & artus omnes longa pœnarum dilatione languebant, veneficium jam tyrannus agnoverat, quia instantem interitum sentiebat: festinans medicum flagitabat. Unde venenum tam celeriter præparasti? Dicis forte: Major mihi dandi veneni fiebat occasio, quæ ex ipsius voluntate veniebat. Notum <sup>4</sup> hoc genus <sup>5</sup> mortis est, ut ex sensu priore, ad cuncta cautior sollicitudo procedat. Nonne jam apud tyrannum cuncta suspecta præsens formido faciebat? Medicum tota arce clamabat, quasi ego de tyrannicidio non negassem. In arce enecavimus: deseruit me venenum.

## XIV.

*Abdicatus patrem liberans.*

ADDICTUS FOENERATORI SERVIAT. ABDICATUS DE BONIS PATERNIS NIHIL HABEAT. LIBERTORUM BONA AD PATRONOS PERTINEANT. Quidam ex duobus liberis <sup>6</sup> alterum abdicavit, addictum postea creditori patrem redemit & manumisit: quo mortuo ambigunt de bonis abdicatus jure patroni, & filius, qui in familia permanit.

## PRO ABDICATO.

**E**Quidem nec avarum me fuisse, nec impium docui. Nam & redemi patrem & manumisi. Abdicatus es, inquit. En quem putes doluisse casum meum, filius dicit beneficio

<sup>1</sup> Consequitur.] Malim, consequatur. Pith.

<sup>2</sup> Venenum quæsit: sed vindicavit.] Aut scribendum: Tyrannus venenum non quæsit, sed vindicavit. Aut, Tyrannus venenum quæsit? Se vindicavit. Quasi esset, immo se vindicavit. Gronovius.

<sup>3</sup> O quam facile gerunt persuasiones.] Forte, facile errant. Idem.

<sup>4</sup> Hoc genus mortis est.] Conjiciebam: Notum hoc genus timoris est. Idem.

<sup>5</sup> Mortis est.] Malim, moris. Pith.

<sup>6</sup> Alterum abdicavit, addictum.] Leget, abdicavit, abdicatus addictum. Gronov.



beneficio parentis se esse nutritum, ejus indulgentia libertatem civitatemque sortitum. At hæc ipsa patronus liberto suo contulit, quæ filius à parente percepit. <sup>1</sup> Perinde beneficium hæreditatis filio datur, patrono redditur. Addictus nunquam sperat libertatem: negligenter enim & contumaciter servit, qui servire non novit. Quid mihi abdicatorum objicies legem? Ego si quasi filius experirer, merito ut abdicatus expellerer. Utor patroni actione, non filii. Quid enim? si non esset manumissus, peculium servi mei peteres? Specta defuncti conditionem, quæ fuit mortis tempore, non quæ aliquando præcessit. Siftitur venalis pater, <sup>2</sup> non festinat hic bonus filius? non denique metuit, ne illum redimat abdicatus? filius incolumi dignitate non potuit explicare, quantum abdicatus explicuit. Quotiens se pater pœnitere confessus est? quotiens de hujus simplicitate conquestus? utinam licuisset addicto exercere jus patrum: esset hic abdicatus, hic filius. Bona ipsa meo sunt labore quæsitæ, unde senex testari noluit, ne mihi quasi suum relinqueret, quod meum sciret. Tu illud prius consumpsisti patrimonium, illud amplum, <sup>3</sup> illud quod vobis parabatur hæredibus: ego postulo tenue libertinum, quod vix sufficit ipsius funeri. Hic enim quando sepeliet jacentem, qui noluit redimere venalem?

## X V.

*Ter fortis desertor.*

DESERTOR CAPITE PUNIATUR. TER VIR FORTIS MILITIA VACET. PRÆMIUM VICTOR IMPERATOR ACCIPIAT. Ter virum fortem imperator coëgit ad bellum, coactus deseruit: imperator præmio impunitatem desertoris petit: desertor contradicit.

## PRO DESERTORE.

**A**equo animo imperator ferat, si quem virum fortem senserat obsequentem, desertorem videat contumacem?

<sup>1</sup> Proinde beneficium hæreditatis filio datur, patrono redditur. Pith. | vel delendæ interrogationis notæ. Idem.  
<sup>2</sup> Non festinat.] Vel legendum, Num, | <sup>3</sup> Illud quod vobis parabatur.] Lege: quod duobus parabatur hæredibus. Gron.  
 VV. 3



cem? nec pœnam possum recusare post culpam, nec veniam sustinere post gloriam. Miserum me, cujus nec infamia potest latere nec gloria. Non ante rempublicam quam me ipse deserui: armis & telis honestissimum corpus oneravi: &, quod non sine piaculo factum est, consecrata jamdudum arma deposui. Sto & pugno pro legibus. Aliter enim fortiter facere jam in hac ætate non possum. <sup>1</sup> Grata sunt & crimina desertoris, apud quem nihil valuerunt privilegia viri fortis. Novum genus damnationis. Ignoscere vos nolo: cur enim dubitem per infamiam senex emori, qui etiam juvenis optavi <sup>2</sup> sæpe gloriam?

## XVI.

*Rapta tacens.*

LEX RAPTARUM. Rapta producta ad magistratus, tacuit & flevit: magistratus de raptore supplicium sumpsit: puella se interemit. Reus est magistratus, quod causa mortis fuerit.

## CONTRA MAGISTRATUM.

**R**Eum cædis unius arcesso, qui duos pariter occidit. Reditus huic reo misericordiæ clausus est: quid enim sperare poterit à lacrymis? <sup>3</sup> juvenis etiam facies liberalis, qualem nemo non sibi aut filium optat aut generum? Is cum puellæ peteret nuptias, diu peteret: etiam sperare cœpisset, festinavit ut amator: & quid dicam, rapuit an duxit? Virgo, quod solum potuit, nihil quæsta est. Quis non inhorruit, quis tecum puella non flevit? Dicat nunc. Libuit & licuit. Cujus hæc, an regis oratio est? nec erat arbiter judicii sui, sed minister alieni. Tacuit inquam. O mira & muta sententia! Omnes sciunt lacrymas ex uno misericordiæ fonte manare, in amore vel maxime: nam iisdem oculis quibus amatur, & fletur. Miser ille, quem nullo accu-

<sup>1</sup> Grata sunt &c.] Lego ei. Pith. non sibi aut filium optet aut generum, is, cum puellæ peteret nuptias, & diu peteret, & jam sperare cœpisset, festinavit, ut amator, &c. Το is eleganter & ex more veterum περιπέλει. Gronov.

<sup>2</sup> Sæpe gloriam.] Lego, sæpe per gloriam. Idem.

<sup>3</sup> Juvenis etiam facies liberalis.] Lege, Juvenis etiam facie liberali, qualem nemo



lo accusatore punisti: inferior illa, quam te vindicare simulasti. Quis te, oro, poterit aut liberare flentem, aut flere damnatum?

## XVII.

*Pædagogus cruciarius.*

CIVITATEM PEREGRINUS USURPANS VENEAT. Pauper & dives inimici visi sunt in gratiam redisse. Pauper accusatus peregrinitatis, venit: emit eum dives & pædagogum filio dedit. Adolescens in adulterio deprehensus, occisus est: agitur pædagogus in crucem: appellat tribunos de injusto supplicio.

## PRO PÆDAGOGO.

**E**quidem, iudices, propitium mihi divitem semper optavi, totum me divitis fidei, &, antequam redimerer, addixi. Audio me subito peregrinum, quod nec pater ipse nec mater aliquando prodiderat, nec denique unquam inimicus dives objecerat. Filio me luxurioso jam & petulanti<sup>1</sup> dedit: quamvis omnia & pater ipse curaret & regeret. Imploro auxilium, quod vestri majores servis etiam natis reliquerunt. Unum non est in servitute nasci, & libertate multari. Statim credidisti fidum, & idoneum judicasti, sed non esse felicem jam tum scire potuisti. Occisus est, inquit, filius meus. Si injuria, interfectorem argue: si jure, leges. Ego illum adulterum feci, credo, luxuria mea, servus novitius & pauper, antequam servus. Multa largiebaris, indulgebas omnia, nihil unquam negabas.

## XVIII.

*Armati abdicati.*

Abdicati ad curiam convenerunt armati, petentes revocari. Unus ex patribus contradixit: filius ejus se interemit. Idem suadet, ut recipiantur.

## PRO ABDICATIS.

**P**eto, ut indulgeatis iræ domesticæ, cum me videatis publice poenitere sententiæ. Nam sicut in vita nunquam

<sup>1</sup> Dedit quamvis. Pith.

<sup>2</sup> Publicè.] Malim, publicæ. Idem.



quam errare, felix est: ita errorem quamprimum emendare, sapientis. Parentum illa deliberatio fuit, hæc jam cunctatio parricidarum est. Ætate lapsi sumus, egestate correcti. In hoc vos exoramus loco, in quo etiam hostes superati non frustra supplicaverunt. <sup>1</sup> Ergo ille tristis, & sævus cum abdicarem tamen fui, & semper ex eo licet tacitus ingemui, & opportunum jus restitutionis optavi. Restituet vobis filios auctoritas publica, tanquam alia natura. Vereor jam P. C. ne sapientior videatur & certior ille abdicatorum senatus. Fateor, armatorum facie <sup>2</sup> non immerito \*, tremur enim sua morte. Quemadmodum possum te, fili carissime, vel in morte revocabo, inferam majorum sepulcris, & elogio, quod optasti, nomen inscribam.

## X I X.

*Abdicatus immolandus.*

In pestilentia responsum est finem futurum immolato eo, qui patrem non haberet. offert se abdicatus. Qui abdicavit, contradixit.

## P R O A B D I C A T O .

**A**Mplexus sum mortem usque adhuc necessariam, nunc etiam gloriosam. Mori prohibes, & intervenis, quo minus spiritum, quem fortunæ meæ debeo, patriæ profundam. Quotiens te video, totiens scio me patrem non habere.

## X X.

*Prostitutus ex geminis.*

Ex duobus geminis alter prostat, reddit alter in senatu causas mortis voluntariæ.

## P R O F R A T R E M O R I T U R O .

**U**Tinam quidem P. C. mori vellet frater! homini verecundo, cui necesse est, ut ea de germano meo dicam, quæ tanti habeo perire, ne videam. Nostis nos, P. C. Etenim pluribus noti sumus, quam & ætas & verecundia

<sup>1</sup> Ergo ille tristis.] Scribe: Ego ille tristis & sævus, cum abdicarem, tamen flevi. Gronov.

<sup>2</sup> Non immerito \* tremur enim.] Forte: Fateor armatorum facie non immerito tremur. Terrent & sua morte. Idem.



cundia postulat. Raptus est mihi, <sup>1</sup> frater, pessimis comitibus & perditis. Duce namque luxuria & subremigante, seu potius velificante nequitia in illos impudicitiae scopulos, & ipsa famæ suæ naufragia delatus. Proh deum atque hominum fidem! qua in civitate prostitui licet, mori non licet? An utrunque congruere æstimatis huic ordini, & vitam turpem <sup>2</sup> promittere, & ab honesta morte prohibere? Vivere non sustinerem, si hæc in mea vel sorore vidissem. Improbi flagitatores, qui detrimenta pueritiæ suæ mutuo dedecore compensant.

## X X I.

*Pictura viri fortis.*

VIRORUM FORTIUM FACTA PINGANTUR. VIRI FORTES DE PRÆMIO ARMIS CONTENDANT. Fratres fortiter fecerunt: pater à minore petit, ut majori cederet: non impetravit. Prælio interficit majorem minor. Petit præmio, ne facta pingantur. Pater contradicit.

## C O N T R A F I L I U M.

**S**I quid precibus contra filium meum possem, domi monere quam publice maluissem. Nihil audeo filio dicere, quam quod ab ipso nuper audiui: leges uti valeant, quam quicquam mali facere. Cede fratri, cede vel patri, victor eris, mihi crede, si cesseris. Didici salvis legibus, parricidium posse committi. Cætera jam non sunt narranda, pingenda sunt. Vana & inepta formido est, videre non posse, quod feceris, & colorem timere, quod <sup>3</sup> per sanguinem simuletur hoc factum, non tantum colore, sed ære, si possit & lapide, & quacunque <sup>4</sup> corporum nostrorum materia vel ars æmulata est. Infecta quemadmodum possunt esse, quæ facta sunt? Picta quidem interim non sunt,

<sup>1</sup> Frater pessimis.] Utique à pessimis. Idem.

<sup>2</sup> Promittere.] Legendum permittere. Pithæus.

<sup>3</sup> Per sanguinem.] Hic adjici debet asteriscus qui corruptum locum nota-

ret. Idem.

<sup>4</sup> Corporum nostrorum materia vel ars.] Fortassis: & lapide, & quacunque materia corporum nostrorum sive ars imitata est. Lucretianum sive corporum. Gronov.



sunt, sed in omnibus pectoribus incisa sunt: in oculis, in animis, in ipsis denique tuis manibus. Tu victoria clarus es, ille innocentia.

## XXII.

*Privignus tyrannicida.*

TYRANNICIDÆ PRÆMIUM. PRÆMIO CEDERE LICEAT. Qui novercam habebat, occidit tyrannum: cessit novercæ præmio: illa privigni nuptias petit. Contendant quis contradicat, maritus, an privignus.

## PRO MARITO.

CUM suo parente contendit, ut mihi videatur melior adhuc privignus esse quam filius. Cœpit & hic me sic habere despectui, ut qui novercæ beneficium se dedisse lætatur, à me nec accipere dignetur. Ego primus in domo mea, fateor, erravi: qui uxorem duxi senex, cum jam esset in domo filius, & quidem juvenis. Dum nimium confido pietati, oculos mulieris incestos, & infanda desideria nutrivit. Novercæ præmio cessit, cum haberet in domo patrem, cui nemo præferret in tali honore vel matrem. Non privignum ante tentarat? quis, rogo, fructus est, impetrare nuptias hominis invicti? Uter vobis actor utilior videretur & verior, maritus an cœlebs? filius familias, an pater? senior, an juvenis? qui repudiatur, an qui præponitur? qui beneficium dedit, an qui accepit injuriam? mea uxor abducitur, tu quis es? meum cubile deseritur, ad te dolor iste quid pertinet? Ego, inquit, præmio cessi: tu ergo non potes revocare quod dederis, eamque reprehendere, quam paulo ante laudaveris. Cavendum tibi est, ne si victus (ut sunt judiciorum incerta) discesseris, dicaris iudicio quoque sic cessisse quasi præmio. Sic est livoris ingenium, omnia suspicantur, qui nihil audiunt. Das amanti solatium: affers in amore vel jurgium.

## XXIII. Pere-



## XXIII.

*Peregrinus cruciarius.*

CIVITATEM PEREGRINUS USURPANS, VENEAT. LICEAT IN MATRIBUS ADULTERIA VINDICARE, ET DE INJUSTO SUPPLICIO TRIBUNOS APPELLARE. Qui videbatur de civibus natus, cum absente patre eam, quæ mater videbatur, in adulterio deprehensam insequeretur armatus, ait illa, Non es meus. perseveravit & occidit. Postea iudicio peregrinus pronuntiat, emptus est ab interfectæ patre: ab eodem agitur in crucem. Reversus peregre is, qui videbatur, appellat tribunos de injusto supplicio.

## PRO PEREGRINO.

Vix dum reversus in patriam, si tamen hanc adversarii<sup>1</sup> vel meam patriam<sup>2</sup> esse contendunt, parabam, tribuni, cognito filii mei casu, appellare vos de injusto supplicio servitutis: sed quatenus<sup>3</sup> socer sævit, ut nec generum vellet agnoscere, vel nepotem, det & mihi veniam doloris, si non desum filio, bene de me, bene de legibus merito, cum ipse vindictam quærat exigere filia, vel nocenti. Hujus ego legibus filiam duxi, eamque prægnantem simul vidimus, & uteri decem menses ambo numeravimus, &<sup>4</sup> natum ex ea pignus accepimus. Sed, cum me necessitas peregrinationis abduceret, commendavi avo filium meum, adolescentulo præcepi, <sup>5</sup> in domo partibus fungeretur: & ut plus illis necessitatis imponerem, sententiam vestrae legis ingessi: denuntiavi postremo, futurum ipsius crimen, si non patri paruisset & legi. Adulteram, quæ per insanam libidinem, stimulis tanti furoris exarserat, ut nec se jam agnosceret, interemit. Peregrinus esse filius meus post adulterium matris suæ coepit. Occidit, inquit, filiam meam. Grave est, tribuni, in servitute defendere quod

1 *Vel meam patriam.]* Forte: *ni tamen hanc adversarii nec meam patriam esse contendunt.* Gron.

2 *Esse contendunt.]* Fortassis melius, concedunt. Pith.

3 *Socer sævit, ut nec generum.]* Lege: *quatenus socer sævit, ut nec generum vellet*

*agnoscere nec nepotem. Vel sævit, & velit.* Gronov.

4 *Natum ex ea pignus accepimus.]* Suscepimus, vel excepimus. Idem.

5 *In domo partibus fungeretur.]* Deest *meis, vel patris.* Idem.



quod in libertate commiseris. Merito mulier suos jam negabat esse, quos læserat: ipsa post tantum furorem, jam sua non erat. Illa dixit, meus non est: at ego dico, meus es. Mater armatum timuit, sed pater servientem (quod est majus) agnoscit.

## XXIV.

*Indemnatus carnificem recusans.*

Lege indemnatorum, interficiendum pater filium carnifici tradidit. Ille vult manu patris interfici: pater ipse, qui fuerat offensus, ultro se non posse facere, quod cœperat, confitetur.

## PRO FILIO.

Quam morigerum sibi filium senex iste formarit, nolo aliud indicium, quam, <sup>1</sup> quod nec patrem lædere, nec mortem recusavit. Mori jussus adolescens, in primis adhuc annis, quo tempore & vita charissima est, & mors acerba, <sup>2</sup> non quæro vitam. Si potest fieri, ad hostiam quam diis penatibus vovit, satis sibi fiat meo sanguine, imo & ipse suo: dum non per manum vilem jus pietatis infuset: quia nec juris ratio permittit, ut adhibeatur adversum eum carnifex, <sup>3</sup> in quem non fuit judex. Faciat vitæ finem, qui originem fecit: non de morte cum patre, <sup>4</sup> sed de mortis patris genere dissentio. Eripere vis vitam, quam dedisti: non inficiabor, <sup>5</sup> quid per alterum petis? Jus, quod tibi vindicas, experire, nemo te prohibet: occide, si potes: confitere, non potes. Nemo unquam magistratum fecit vicarium, nec in alio militavit, nec <sup>6</sup> sacra gentilitia infertiva

<sup>1</sup> Quod nec patrem lædere.] Scribe: quam quod, ne patrem læderet, nec mortem recusavit. Idem.

<sup>2</sup> Non quæro vitam. Si potest fieri, ad hostiam.] Possis malle, non queror, expundo tibi vitam. Sic Decl. 27. Hic vivere jubetur & queritur. Sed quod sequitur, non est arbitrarium. Lege: Si potest, feriat hostiam, quam diis penatibus vovit. Satis sibi faciat meo sanguine, immo & ipse suo: dum non per manum vilem jus pietatis infuset. Idem.

<sup>3</sup> In quem non fuit judex.] Suspicio: in quem non sedit judex. Idem.

<sup>4</sup> Sed de mortis patris genere.] Lego, sed de mortis genere, & paulo post, quid per alterum petis jus quod tibi vindicas? Pithœus.

<sup>5</sup> Quid per alterum petis? jus, quod tibi vindicas, experire.] Male Pithœus. Nullum jus petebat pater. Vitam petebat, tanquam creditum. inde illud, non inficiabor. At jus experiri proprium & signatum, diximus in Observationibus. Gronovius.

<sup>6</sup> Sacra gentilitia infertiva.] Scribe: infertiva. Deinde: Vita mihi tolli, sed manu paterna debet. Idem.



fertiva stirpe corruptit. Vita mihi tollitur, sed manus paterna debet. Non potes, pater, legis ejusdem & interrogare supplicium, & denegare solatium. Placabo dexteram meam. Cedo, tantisper exosculetur. O manus olim mea, quæ me parvulum sæpe gestasti, quam sæpe lacrymis puer lavi. Erras, pater, qui facilius existimas hujusmodi cædem videre, quam facere.

## XXV.

*Fortis duo præmia.*

VIRO FORTI DUO PRÆMIA. RAPTARUM LEX. POENA RAPTORIS IN DIEM TRIGESIMUM DIFFERATUR. Ex duobus fratribus unus rapuit. rapta mortem optavit, poena dilata est. alter fortiter fecit. Primo præmio petit fratris incolumitatem. impetravit. Secundo, raptae mortem postulat. frater contradicit.

## PRO RAPTA.

**D**UM dies computo, & à rapta bonum nuntium spero, subito nuntiatur fratrem meum venisse victorem, <sup>2</sup> petitam mihi & veniam, putavi pariter & nuptias. <sup>3</sup> Nec dii sinant, ut <sup>4</sup> converso jure, pro raptore rapta teneatur. Interdum præstat ad gloriam non certare, quam vincere. Ego, nisi rebus ipsis ostendo, quod amavi, confiteor injuriam me fecisse quod rapui. Lex dicit: R A P T O R A U T P E R E A T , A U T D U C A T. Ergo raptori si poena remittitur, <sup>5</sup> raptae debetur?

## XXVI.

<sup>1</sup> PRO RAPTA.] Lege, PRO RAPTORI. Pith.

<sup>2</sup> Petitam mihi & veniam.] Videtur excidisse vox hujusmodi: petitam mihi & impetratam veniam. Gronov.

<sup>3</sup> Nec dii sinant, ut converso.] Scio τὸ Nec vetustissimis ἀντὶ τῆς Non usurpata. In hac tamen formula locis, quibus fidere possis, Ne, non Nec reperio. Habet apud Plantum Bacchid. 3. 3. 64. Mercat. 3. 4. 28. Trinummo 3. 4. 119. apud Livium 28. 28. in fragmento Cor-

nelix Gracchorum matris. Quare & hic malim, Ne dii sinant. Et apud Petronium: Ne istud, inquit, dii sinant, ut eodem tempore duorum mihi carissimorum hominum duo funera spectem. Et apud M. Senecam præfat. controversi. In hoc, ne dii tantum mali, ut cadat eloquentia. Idem. <sup>4</sup> Converso jure.] Ex manu sc. converso. Pithœus.

<sup>5</sup> Raptae debetur.] Haudquaquam. Scribe: Ergo raptori, si poena remittitur, rapta debetur. nempe ut ei nubat. Gronov.



## XXVI.

*Tria præmia sacerdotis.*

VIRO FORTI PRÆMIUM. VICARIUM POENÆ LICEAT OFFERRE. SACERDOS MARTIS DAMNATUM LIBERET. Sacerdos Martis fortiter fecit, tres liberi ejus deseruerunt, unum fervavit privilegio sacerdotii, alterum præmio viri fortis, offert se pro tertio vicarium.

## PRO SACERDOTE.

**F**acilius fuerat amittere filios, quam eligere. Hos enim pueros in ipsis sacris Deum & altaribus educavi. Ea propter nimis fretus auxiliis deorum, in aciem duxi pueros adhuc teneros: quorum pater adeo juvenis inventus est, ut & militare posset, & vincere. Resisto orbitati, non jure, vel sanguine. Dulcis est omnibus vita, & jucunda, vel miseris, hujus lucis usura: nec invenio, <sup>1</sup> quis possit vicarius esse, nisi filius. Mihi videtur & ille, qui primus hanc condidit legem nihil aliud cogitasse, quam patrem. Meum nunc sanguinem fundo, <sup>2</sup> quem fundere in bello nolui: <sup>3</sup> num iniquum est, æque ut patiar pro liberis meis: quod sum passus pene pro vestris? Magis religio polluitur funestato, quam mortuo sacerdote. Quod si religio vos tenet, etiam liberis sacerdotis, moneo, parcatis: ipsi quoque omnia semper in templo pro sacerdote gesserunt. Agricolaë antiquas arbores extirpant, ut novas inferant: horum virtus spectabitur, nostra delabitur. Melior quidem fama seniorum: <sup>4</sup> spectata in minoribus major est: recordatio veniæ magnus est stimulus industriæ. Non interest orbitatis, <sup>5</sup> uno me vulnere feriant, an pluribus. Dediti mihi liberos, fortuna: rapuisti: concedit alios respública:

<sup>1</sup> *Quis possit vicarius esse, nisi filius.] Immo, nisi filii. Quis possit obire mortem pro altero, nisi pater forsan pro filio. Idem.*

<sup>2</sup> *Quem fundere in bello nolui.] Legendum: volui. Pith.*

<sup>3</sup> *Num iniquum est, æque, ut patiar.]*

*Forte: Num iniquum est, queso, ut patiar. Gronov.*

<sup>4</sup> *Speclata in minoribus major est.] Legge: exspectatio in minoribus major est. Idem.*

<sup>5</sup> *Uno me vulnere feriant.] Potius feriat. Idem.*



blica : nec hos relinques? Quis me feriet carnifex innocentem? an commilito laureatum? ubi denique? hic, inter aras & altaria, ubi publica vota suscepi? an in campo, ubi nuper aquilas & signa protexi? Vos, duo liberi, <sup>1</sup> omnibus in vita liberis : hunc & ipsi vitæ meæ præfero. Factus est mihi suo periculo charior, <sup>2</sup> sed & meo : vos mihi honorem præstatis, hic sanguine, si mihi non licet pro filio, peribo cum filio.

## XXVII.

*Fortis inimicum divitem servans.*

VIRO FORTI PRÆMIUM. DESERTOR CAPITE PUNIATUR. Pauper & dives inimici. Belli tempore dives se promisit fortiter facturum, si sibi mors pauperis decerneretur. Decreta est. Ambo processerunt in prælium : pauper fortiter fecit. Dives deseruit. Petit pauper præmio divitis incolumitatem, dives contradicit.

## PRO PAUPERE.

**S**Ero cœpit hic miles, judices, mortem contemnere. Ego tacui, cum peterer : hic vivere jubetur, & queritur. Expectavi diu divitem, ut ille potius quod promisit, impleret. Ab ipso quoque divite, inire debeo maximam gratiam : quod ille debebat, ego solvi. Idem in præmio facio, quod in prælio : servo civem, commilitonem meum protego. Idem eris in ævum, qui supremo die fueris.

## XXVIII.

*Dives fortis inimicus duorum.*

Dives duobus pauperibus inimicus promisit se fortiter facturum, si sibi mors unius decerneretur. Decreta est : alter contradicit. Dives fortiter fecit : petit præmio mortem illius, qui contradixerat : alter C. D.

## PRO PAUPERE.

**E**Go quidem verba facturum in alterius periculo, nuper in meo tacui : cum præmium peteret injustum, qui per leges

<sup>1</sup> Omnibus in vita liberis.] Scribe: vos, duo liberi, omnibus in vita caris, hunc & ipsi vitæ meæ præfero. Idem.

<sup>2</sup> Sed & \* meo : vos mihi honorem.]

Tolle asteriscum & scribe : Factus est mihi suo periculo carior : sed & meo. Vos mihi honor præstat, hunc sanguis. Si mihi non licet pro filio, peribo cum filio, Idem.



leges necdum posset petere vel justum: per tot innocentium capita grassatur: hunc relinquit, hunc arripit, hunc timore punit, hunc morte.

## XXIX.

*Fortis dives inimici alteram filiam petens.*

Pauper & dives inimici. Pauperi duæ filiæ. Belli tempore promisit se dives fortiter facturum, si in matrimonium sibi pauperis una filia daretur: populus tacente paupere decrevit: dives fortiter fecit: puella se interemit. Petit dives aliam, pauper contradicit,

## CONTRA DIVITEM.

**P**Riusquam fortiter faceret, postulavit, confusus id sollicito extorquere se populo, quod impetrare à victore non posset. Ducat dives aliquam, sed æqualem: ducat volentem. Velis enim nolis, suspecta res est amator inimicus, squallor & mœror, gemitus & luctus, inimici. Filia talis adamatur? pauper & dives? inimicum est matrimonium. Ne pecora quidem jugum nisi paria succedunt. Ego autem, quid faciam? laqueum filiæ solvam, an flameum superponam? facem nubenti præferam, an rogam jacentis accendam? Aliter enim merces in timore promittitur, <sup>1</sup> aliter onus in pace præstatur: festinavit ad laqueum, properavit ad mortem, non creditis patri? credite vel forori: si vicerit, ad patrem revertetur: si victa fuerit, ad sororem.

## XXX.

*Nepos ex meretricio susceptus.*

Qui habebat filios frugi, <sup>2</sup> & luxuriosum, ab amore meretricis abdicavit. Abdicatus se ad meretricem contulit. Illic cum ægrotare cœpisset, misit ad patrem, & commendavit illi filium de meretrice susceptum, rogans, ut eum in familiam recipiat, & obiit: vult illum senex in familiam recipere. Reus est alteri filio dementia.

## CONTRA PATREM.

**N**Ecesse est, me hodie in causa amplius dolere, quam dicere. Pius est sine dubio filius, qui in patre mentis errorem

<sup>1</sup> Aliter onus.] Fortasse, bonos. Pithœus.

<sup>2</sup> Et luxuriosum ab amore.] Lego, & luxuriosum, luxuriosum ob amorem. Idem.



errorem morbo potius assignat, & fato, quam moribus. Miseranda potius in meo patre, quam accusanda dementia est. Multum potest abdicatio, cum timetur: post ex pudore jam liberius erratur. Vos interrogo, iudices, utrum sit sanus, qui & suos abdicat, & adoptat alienos. Adoptio sancta res est quidem, quæ beneficia naturæ & juris imitatur. in quo puero nescio quid sit indignius, utrum patris origo, quod est dubia; an matris origo, quod certa est. Dixit ille suum filium: dixit ut amator: dixit imo ipse, jam parum sanus.

## XXXI.

*Adulteræ soror & mater.*

ET MATRES ET SORORES IN ADULTERIO DEPREHENSAS LICET OCCIDERE. Quidam cum sororem deprehendisset, occidit: furorem passus, respuit: invenit & matrem: non occidit: abdicatur à patre.

## PRO FILIO.

**S**OROR insaniendum est: & mater adultera vivit, domo spatia carendum est. Hic exitus venit, ut ex quo malo furor cœperat, ex eo sanitas nasceretur. Voluit me explorare fortunam gloria: quantum nobis honoris attulerit, tantum virtutis exposcit. Innocentiam patris dum liberare quæris, infamas. Homini verecundo in hujusmodi crimine, longe gravior est fama quam pœna. Vetus, iudices, dictum est, ut aurum igne, itidem innocentiam iudicio spectari solere. Melius est patri, virtutum tuarum argumento te prodesse, quam præmio.

## XXXII.

*Amator meretricis domine.*

Meretrix, servum suum amantem se, in crucem agit: appellat tribunos ille de injusto supplicio.

## PRO SERVO.

**M**IROR quidem à muliere tam comi, crucis nomen auditum: quæ nullum unquam, nisi amore, cruciaverit.

1 Soror insaniendum est.] Probo conjecturam Neveleti mei, Soror occidit, insaniendum est: Mater adultera vivit, domo spatia carendum est. Gronovius.



verit. Amor, animi peculiare secretum est. Accusatur à vobis Amor<sup>1</sup> & homo, qui deum nostrum patitur? Effet meum crimen aut error, si te solus adamassem.

## XXXIII

*Raptam pater vinculis tenens.*

RAPTA RAPTORIS MORTEM, AUT INDOTATAS NUPTIAS PETAT. Raptam pater vinculis continet, raptor duci ad magistratus desiderat.

## PRO RAPTORE.

<sup>2</sup> Nihil equidem leges clementius paraverunt, quam de lege raptarum: non licet aliud judicare: medius his nemo est. Sum reus: sed exhibe judicem meum. Proh deum atque hominum fidem: in qua civitate raptor solutus est, in ea rapta vincitur?

## XXXIV.

*Mater & noverca invicem reæ.*

Repudiata est à marito, quæ filium habebat: petiit adfidue, ut reconciliaretur. non impetravit: postremo ait, vindicabo me. superduxit ille puero novercam: obiit puer signis ambiguis crudelitatis & veneni. Reas se invicem faciunt, repudiata mater & noverca superducta.

## PRO MATRE CONTRA NOVERCAM.

Totum noverca commisit, quæ uno tempore & maritum miseræ præripuit, & filium. Comparete, iudices, non ante rerum argumenta quam nomina. Quid matri deliquerat filius? neque enim temere sic filius de levi causa, quasi privignus, occiditur. <sup>3</sup> Repudiata es, inquit. Mariti hæc culpa, non filii est: nec matris officium repudio deponitur, sed uxorium nomen amittitur. <sup>4</sup> Dolor orbitatis

<sup>1</sup> Et homo, qui deum nostrum.] Scribe: Amor & homo, qui deum istum patitur. Vel vestrum. Idem.

<sup>2</sup> Nihil equidem leges clementius paraverunt.] Puto, comparaverunt. Auctor ad Herennium lib. 4. Bene majores nostri hoc comparaverunt ut neminem regem, quem armis cepissent, vita privarent. Cicero pro

Quinctio: Itaque majores nostri raro id accidere voluerunt: prætores, ut considerate fieret, comparaverunt. Idem.

<sup>3</sup> Repudiata est à marito.] Scribe: Repudiata à marito ex quo filium habebat, petiit adfidue, ut reconciliaretur. Idem.

<sup>4</sup> Dolor orbitatis facinoris arguetur.] Fortè: Dolor orbitatis facinore augebitur. Idem.



tis facinoris arguetur: & si grave est amittere filios, longe gravius occidere. Nonne hoc dicit, sola dominabor, cum & hic veneno meo perierit, & illa mendacio? judicasti pater, qui & repudiatam non accusando absolvisti, & uxorem non defendendo damnasti.

## XXXV.

*Speciosus defertor.*

DESERTOR DUCI SERVIAT. VIRO FORTI PRÆMIUM. Pauper & dives inimici: dives creatus est imperator. Pauper sub illo cum filio specioso adolescente militavit. Pauper fortiter fecit, adolescens deseruit. Dives <sup>1</sup> jure agit, pauper præmio petit ut occidatur.

## PRO PATRE.

**F**ilium meum si liberare non licet, saltem liceat occidere. Creditis, judices, quod filio meo bene inimicus velit, pater nolit? profiteor, mortem me filii mei non quidem velle, sed malle. Vos cogitate, quanto sint mala illa graviora, quorum sunt etiam remedia crudelia. O fili! morere constanter, fac hoc saltem, quasi meus filius.

## XXXVI.

*Filius meretricis suæ redemptor.*

Diversas meretrices amabant pater & filius. Pater filio pecuniam dedit, ut amatam patris redimeret. Ille suam redemit: abdicatur.

## PRO FILIO.

**R**ideri me, judices, opinabar à patre, cum se quoque amare dicebat. Pater, <sup>2</sup> quod patior, agnoscit: quid in me pater reprehendat, ignoro. Et amandam meretricem consentit & emendam. Sciebas utique quid malle. Paria sunt nobis in amore tormenta primum, quod amor velis nolis in senectute frigidior est.

## XXXVII.

<sup>1</sup> Jure egit.] Lego, agit. nempe ut sibi duci serviat ex lege speciosus adolescens defertor. *Pithæus.* <sup>2</sup> Quod potior.] Malim, patior. & paulo post, paria non sunt nobis. Idem.



## XXXVII.

*Dementia reus à tribus filiis.*

Ex tribus filiis duo patrem dementiae accusaverunt: & superati secundum legem puniti sunt. Tertius instituit accusare. Reddit pater causam mortis voluntariae. Filius contradicit.

## PRO PATRE.

<sup>1</sup> Quid? tam potest esse adversum me jus? hic ab eo mors impeditur, cujus in altero judicio vita reprehenditur? In illis, P. C. judiciis gravior mihi fuit vindicta, quam poena. Mors à vobis dabitur, sive dementi remedium, sive sapienti solatium. Natura mihi tres liberos dedit: fortunaque duos sustulit: videturne vobis justa causa esse moriendi? imo jam fera.

## XXXVIII.

*Fortis viri filius tyranno deditus.*

Absentis viri fortis filium tyrannus petit sibi dedi, denuncians bellum. Accepit. <sup>2</sup> Regresso eo suadetur bellum tyranno indici. vir fortis contradicit.

## PRO FORTI.

Profitetur me filium nec desiderare, nec habere. Nescio, an hoc bellum fuerit in tempore suo justum, nunc certe coepit esse jam serum. At enim filius viri fortis est. quid? <sup>3</sup> hoc non erat, cum dabatur? O fili! si tamen hoc nomen, quod natura dedit, fortuna non abstulit, agnosce te filium viri fortis. Vince feliciter, id est, peri fortiter. Hæc est enim jam tua sola victoria.

## XXXIX.

<sup>1</sup> Quid? tam potest esse adversum me jus? ] Fortasse: Quid tam potest esse adversum? Ejus hoc ab eo mors impeditur, cujus in altero judicio vita reprehenditur. Suam ipsius intelligit à filio. Alterum judicium dementiae est. Gronov.

<sup>2</sup> Regresso eo suadetur bellum. ] Lege: Egresso. nempe ex urbe, quem petebat tyrannus. Idem.

<sup>3</sup> Hoc non erat, cum dabatur. ] Forte, dedebatur. Idem.



## XXXIX.

*Morietur antequam nubat.*

VENEFICII SIT ACTIO. Adolecens petit nuptias virginis à patre: pater virginis ad uxorem rerulit. illa respondit: Ante morietur quam illi nubat. Pater eidem adolescenti despondit, & diem nuptiis dixit. Intra diem puella obiit dubiis signis cruditatis & veneni. quæstionem cum de familia pater haberet, ex ancillis una confessa est adulterium cum illo juvene matris intercessisse. pater accusat veneficii matrem.

## CONTRA MATREM.

QUÆRITUR, filiam cruditate an veneno interfeceris. Nam & cruditas virginis, crimen est matris. Morietur, antequam nubat: & mortua est. O impiam divinationem, vel potius denuntiationem! O infelix puella! ego tibi parabam nuptias, mater exequias! placuit in te sponso tuo similitudo materna. Ego te fateor, occidi, dum cum matre contendo.

## X L.

*Rapta, ab ephebo stuprata.*

RAPTARUM LEX. Rapuit quidam virginem, & ephebo, quem amabat, tradidit stuprandam: rapta ad magistratus producta, mortem ephebi petit: offert se ille, qui rapuit.

## PRO RAPTORE.

EGO, judices, rapui: ego domum duxi, ego pariter inclusi, ego vim duobus feci. Perire mihi satius est, quam hunc videre pereuntem. Callide, puella, commenta es. Unum petis, ut duos pariter occidas.

## X L I.

*Orba confessa sacrilegium.*

MAGISTRATUS DE CONFESSO SUMAT SUPPLICIUM. DE INJUSTO SUPPLICIO TRIBUNOS APPELLARE LICEAT. Quæ quatuor liberos habebat, amissis tribus, & marito, detracta est à filio, cum laqueum induisset. Sacrilegium in civitate commissum est. Adit ipsa magistratum, & dixit à se factum: vult de illa supplicium sumere. Appellat pro ea filius tribunos de injusto supplicio: C. D.

## PRO FILIO.

SUBITO Fortuna, sicut solet, ipsa suis muneribus invidit. Alius, inquit, pro alio agere non potest. Alius est ergo,

[Callide puella conventa est.] Legendum potius, commenta es. Pith.



ergo, qui filius est? Confessio voluntaria suspecta est. Confessionem sceleris appellas, vocem doloris? Misericordiae vestrae maximum munus est, servare nolentem.

## XLII.

*Raptor excæcatus.*

TALIONIS SIT ACTIO. RAPTARUM LEX. Quidam rapuit, & in raptu à puella excæcatus est. producta ad magistratus, mortem optavit: raptor exigit talionem.

## PRO RAPTORE.

**I**mperare poenam meam, non agere debebas: nec esse eadem iudex & carnifex. Habet quisque nostrum suam legem: rapta, capitis: excæcatus, oculorum. Tu enim puella, quid passa es? virginitate caruisti. <sup>1</sup> Solenne in his damnum, ut non dixerim votum: erepta autem mihi lux est, antequam morerer, O oculi, <sup>2</sup> quos ego primus adamavi! digna fortuna vos ultra est, ut qui me perdidistis, mecum periretis.

## XLIII.

*Soror infamis immolanda.*

Infamis frater in sororem virginem, occisus est lege indemnatorum. Lues orta est. respondit oraculum, virginem immolari debere, offert se illa, quæ infamabatur in fratrem. pater contradicit.

## CONTRA VIRGINEM.

**D**ilexerunt enim se mutuo fratres ultra meum votum. O fortuna crudelis! abstulisti mihi filium, relinque vel filiam. Partiamur vel saltem liberos meos. nemo de polluto grege hostiam sumit. quis hanc hostiam perimet? pater, sacerdos, an carnifex? quamvis hæc fortasse desideret ipso illo gladio perire, quo frater occisus est.

## XLIV.

<sup>1</sup> Solenne in his damnum.] Melius fortasse, in his. Idem. Solenne in his damnum.] | mino, quæ ad hoc natæ sunt. Gronovius.  
Male mutat Pithœus, In his, in sexu fœ- | <sup>2</sup> Quo ego.] Per quos ego. Pith.



## XLIV.

*Indemnatus raptoris filius.*

LEX RAPTARUM INDEMNATOS LIBEROS LICEAT OCCIDERE. Quidam rapuit & fugit. de raptu puella concepit & peperit. Reverso raptore, puella mortem raptoris optavit. Filium ille indemnatum vult occidere: rapta contradicit.

## PRO RAPTORE.

**N**isi forte moleste tulit, quod & non hunc ipsa damnavit. <sup>1</sup> Jam cum illo meo errore, vel facto, voluntaria profectioe transegerim. Hic me, judices, hic puer prodidit. Si perseverat in mea pœna, hunc mater occidet. Dicere me raptorem nemo debebat post intervallum, post exilium, post reum filium. Non est, inquit, filius tuus. Nuptiis enim solennibus non est natus. Civis ergo, nisi faces accenderit, & fescennina cecinerit, pater esse non poterit. Perquam es inhumana: non vis esse patrem, qui te fecerit matrem?

## XLV.

*Vir fortis & orator.*

Vir fortis & orator consilium petebant.

## PRO ORATORE.

<sup>2</sup> **Q**uam plus ad vestra judicia cujusque, judices, proficiunt merita privata quam publica? Postremo quod maxime voluntatem plebis offendit, rogare non nostri: orare & exorare nostrum est, qui hinc etiam nomen accepimus.

## XLVI.

*Adulter uxoris.*

Ex duobus filiis alteri uxorem dedit, alter incidit in adversam valetudinem. medici dixerunt animi esse languorem. Quærenti patri, fratris uxorem se amare confessus est. Petit pater à filio, ut matrimonio cederet. impetravit. <sup>3</sup> inventos in adulterio postea, fratrem & uxorem secundus maritus occidit. abdicatur à patre.

## CONTRA FILIUM.

**S**ero me, sanctissimi judices, abdicare patet. Jus enim ad hoc redit, ut excusare compellar, non quod extre-

<sup>1</sup> Jam cum illo errore vel facto. ] Lego, <sup>ma</sup> *dubie, Quanto plus. Gronov.*  
<sup>2</sup> Quam plus ad vestra judicia. ] Haud <sup>3</sup> *Inventus in adulterio. ] Lego, inventos*  
*in adulterio postea fratrem & sororem. Pith.*  
 Xx 4



ma non tulerim, sed quod illa priora toleraverim. Qui capitis poenas à suo fratre pro uxore dilecta petit, quid ipse meruerit, ostendit. Crimen superius huic imputare non possum: nam frater ignovit. Quantum tibi nuptiarum cessione præstiterit, adulterio probaverunt. tibi liberas & perpetes noctes, sibi furtiva commercia, & amorum pericula reliquerunt. ignosce amantibus, si vere amasti.

## XLVII.

*Infamis in nurum.*

ADULTERUM CUM ADULTERA LIGEA OCCIDERE. REUS CÆDIS ADVOCATUM, QUEM VOLET, ELIGAT. Erat infamis in nurum, invenit adolescens incertum quem adulterum, capite velato, uxorem solam peremit: fit reus cædis: Advocatum patrem postulat: contradicit.

## PRO FILIO.

**A**ccusator objicit, quod adultero pepercerim: pater dolet quod nurum ejus occiderim. Adulter occidi maluit, quam videri. Habet adulter poenam suam: cruciatur conscientia, pudore torquetur. Et si interim tectus evasit, inveniet illum postremo vel fama.

## XLVIII.

*Pauper imperator imperium recusat.*

Pauper & dives inimici belli tempore, dives est creatus imperator. qui cum bis fugatus esset, pauper legem tulit, ut qui ter fugatus esset, in crucem tolleretur. Tertio dives fugatus est, & in crucem latus. Filius divitis fert rogationem, ut imperium transferatur ad pauperem: pauper contradicit.

## CONTRA PAUPEREM.

**H**abes, pauper, grande solatium: reliquisti superstitem legem. Procede legumlator ad bellum. Muta stylum gladio, lorica togam. Jam fortunæ satisfecimus, & hostes, vel dum vincimur, fatigavimus. In victoriam pene succedis alienam.

## XLIX.



## XLIX.

*Raptor duarum filium nutriens.*

LEX RAPTARUM. Quidam duas rapuit: productæ ad magistratus, altera nuptias, altera mortem petit. Magistratus humaniorem sententiam secuti sunt. Post factas nuptias, <sup>1</sup> illa, quod virgo perpeffa est, quem conceperat, peperit. Exposuit raptor. suscepit, qui tunc erat maritus alienus, & alere cœpit. Reus est uxori, malæ tractationis.

## PRO MARITO.

VENIT ad vos prava mulier, accusatura pietatem. infantem adhuc jussit feris, canibus, & diris alitibus exponi. Puto, patris similis apparuit, unde matrem tam graviter offendit. Nam qui potest expositum præterire? ignosce, non potui: tu me docueras, puella, misereri. <sup>2</sup> de matre nihil meminit. <sup>3</sup> O gratum infantis errorem! te existimat matrem. Disce, infelix puer, natalium tuorum disce fortunam. Pariter nos ambos mulier affixit: & pariter factum <sup>4</sup> alia servavit.

## L.

*Vir fortis gladiator.*

INFAMIS NON MILITET. Vir fortis in piratas incidit: rescripsit patri de redemptione, illo cessante, redemit eum lanista: & rudem ei in arena dedit. Reverso belli tempore denuntiat militiam imperator.

## PRO VIRO FORTI.

OMNIA fieri posse credidi, cum me fortuna servum ex libero, & gladiatorem de viro forti fecisset. Imperator vobis ingerit militem, cujus operam non esse reipublicæ ne-

<sup>1</sup> *Illam quod virgo perpeffa est.]* Hæc quid sibi velint, non assequor. Res ipsa jubebat: illa, quæ mortem optaverat. Gronovius.

<sup>2</sup> *De matre nihil meminit.]* Immo memini. Quam crudelis illa erga me fuerit, oblitus sum: nec id in communi infante ulcisci possum. Idem.

<sup>3</sup> *O gratum.]* Hic locus sic reponen-

duus videtur Neveleto meo, *O gratum infantis errorem! te existimat matrem: disce infelix puer natalium tuorum fatum, disce fortunam. Pariter nos ambos mater affixit, & pariter alia servavit, acute. Piib.*

<sup>4</sup> *Alia servavit.]* Puto servabit. Sic loquitur mitius jam agens cum uxore, quasi sperans ultro remissuram. Gronov.



cæ necessariam, proxime non redimendo judicatis. Veniam à vobis, iudices, postulo: quod gladiator infamis in iudicio loquor. Erravi, fateor: iudices, erravi, qui semper credidi immortalitatem esse pro republica mori: cum fama etiam viventium consenescat. Gladiatorem me fecit non pirata, sed patria. Sed, ô virtus in adversis comes, sola tu me secuta in carcerem, tu in ludum: virum fortem tu sola non decipis. Scitis me, iudices, periculum contemnere: sed non contemno flagitium: <sup>1</sup> virum igitur gladiatorem negat, negat aliquis infamem? an negat gladiatorem? utrumque mendacium est. Neque enim conditione gladiatoria quidquam est humilior in vulgo, nec meo nomine quidquam nobilior in ludo. Fortunæ, inquit, fuit. Quousque Fortunam facimus humanorum negotiorum ream? Esto: fortuna fecit, ut caperer: quis fecit, ut nemo redimeret? <sup>2</sup> Et si victoria solita provenerit, post rudem triumphabo.

## L I.

*Invicem adoptati.*

Pauper & dives inimici visi sunt in gratiam rediisse. Dederunt invicem filios adoptandos. Dives occidit lege indemnatorum, quem acceperat. Qui est apud pauperem, reddit causam mortis voluntariæ. Pauper contradicit.

## PRO PAUPERE.

**U**Tinam P. C. liberis nostris exire de vita <sup>3</sup> sine nobis orbatu non liceret. Perquam indignum est, si utrumque pignus amittam, & quod dedit aliquando natura, & quod nunc substituit amicitia. Amo enim juvenem, quia non genui meo sanguine, sed redemi.

## E X P L I C I T.

<sup>1</sup> Virum igitur gladiatorem negat.] Scribe: utrum igitur gladiatorem negat aliquis infamem, an me negat gladiatorem? Idem.

<sup>2</sup> Et si.] Malim, & si v. s. p. p. r. triumphabo. Pith.

<sup>3</sup> Sine nobis orbatu non liceret.] Videtur potius delenda negatio. Idem.